

debita, quamvis non adeò rigorosa, quemadmodum illi, qui ad
etualiter ungibus rapacibus bona furto abstulerunt. 5. Species
est, **Permissio**, quando quis permittit, ut effectus intentus pro-
ducatur, estque hæc permissio varia, (α) non **impeditio**nis,
ut si quis non aliquid impedit, quod impedire poterat ac debeat.
Hujus enim **impeditio**nis intermissione designat eventum ortum
ex intermissione non impedienti per quam ipsi esse gratum atq;
acceptum, eo quod potuisset & debuisset impedire, reapse tamen
impeditionem præstare noluit, duo autem præprimis ad hanc
Causam Moralem non obstantem seu non impedientem requi-
runtur. Primò, ut effectum impedire potuerit. Deinde, ut im-
pedire debuerit, & ad impediendum præcepto quodam obliga-
tus fuerit. v. g. si flamma ardens, in ædificii alicujus suborere tur
capnodoxio, & vicinoruin quidam, hujus flammæ lucem con-
spiciens, non tamen eandem extingvens, cum potuerit, & debue-
rit, ex lege vicinitatis, quæ vult, ut in ejusmodi casibus valde no-
xiis alter alteri pro viribus ferat suppetias, merito **Causa Moralis**
oborti incendii & conflagrationis hujus ædificii nominari pos-
sit, eo quod hanc desolationem incendii, eamque consequutum
detimentum impedire in suis positum fuit facultatibus, si verò
alterutrum horū deest, **Causa Moralis** nō est nec ei de jure impu-
tator effectus v. g. si lapsus ædibus ruinosis quis subvenire, rui-
næ in quoque stato adhuc & justo tempore restaurare posset, interim
verò ruinam impedire repudiat, ob id, quod nulla lege ad hoc
teneatur adstrictus, collapsionis ædium, si casu eveniat, non est
causa moralis, propterea quia nullo præcepto ad reparationem
harum est devinatus. Eximuntur itaque è Catalogo **Causæ Mo-**
ralis ii, qui ex ignorantia effectum non impediunt, cum alias pos-
sint & debeant, nec non voluissent impedire, si periculum præ-
scire potuissent. Porro eximuntur quoque ii, qui ex Impoten-
tia effectum non impediunt. Sicut enim qui eventum non im-
pediverunt ex eo, quod ad eum impediendum non fuere obstri-
cti, pro eff. etus **Causa Morali** venditari nequeunt, ita multò ma-
gis **Causæ Moralis** complexum ac comprehensionem respuunt,
qui illum non impediunt, cum non potuerunt, nam ad im-
possible